

Folium xxxi.

et versutum. Qui breues passus habet eisdem accelerat malignis esse dicitur et imbecillis. Color cutis niger versutum indicat. Color albus rubens fortis et animosus ostendit. Color albus vehementer cum pallore defectum virtutis significat ex nimia victoria flegmaris. Color ignitus lucentibus oculis ad insaniam vergit. Color medius inter album et nigrum qui declinat in bonum si clarus est ostendit virum si nei boni et bonorum morum.

Regule generales phisonomie. **C**apitulum .liij.
Seneraliter igitur tenendum est quod membra que in proportione sunt naturali quo ad figuram colorem quantitatem situ motum indicant bonam mentis habitudinem naturalem. Membra vero que peruersa sunt figura quantitate situ motu qualitate peruersam mentem indicant. Preterea Plato dicit quod quecumque similitudo animalium in hominibus est tales homines etiam talia imitant mores. Notandum insuper quod licet per signa membrorum naturalium mores hominum agnoscantur non tamen imponunt necessitatem sed ostendunt inclinationem nature nec se denunciant affectus hominum sed frequenter et probabiliter. Item propter signa exteriora de quibus dictum est non statim proferendum est iudicium quia forte signum est per accidens et non per naturam et forte fictum est per contrariam consuetudinem vel freno rationis tenet. Unde narrat Aristoteles exemplum quod discipulus pythagore portabat figuram pythagore pictam Philemoni excellenti phisonomie qui pronuntiavit de ipso quod esset vir luxuriosus illis autem indignantibus et culpantibus philemonem quod de optimo viro scilicet pythagore taliter iudicasset. Retulerunt hi pythagore qui confessus est Philemonem verum iudicasse. Sed ex amore philosophie et honestatis dixit se concupiscentias corporis sui viciasse et accepisse per studium quod nature fuerat denegatum. Denique sciendum quod signa exteriora non referuntur nisi ad eas passiones que naturaliter insunt homini sicut est ira concupiscentia et homini non autem ad eas que sunt anime solius sicut est musica geometria et littera. Sciendum quoque quod in oculis principaliter consistit omnis perfectio phisonomie. et si oculorum iudicium confirmat ceterorum membrorum iudicium tunc rata esse dicitur. Si autem deturiantur tunc pvalent iudicia oculorum propter quod omnes phisonomi affirmaverunt oculorum verum esse corporis nuncium.

De toto homine.**C**apitulum .liij.

Postquam expeditum est de homine ex parte mentis et ex parte corporis. Nunc dicendum est de ipso prout compositus est ex utroque. **S**pecialiter notandum est dei potentia quia naturaliter tam distinctas coniungit in unam personam naturam videlicet corpoream et incorpoream que maxime distant in predicamento substantie. Preterea cum esset creatura una que habebat cognitionem intus per intellectum